

vendo non fuerit; aequum erit, adversus ipsum⁷, reum restitutoriam actionem competere: ne propter dolum alienum reus lucrum faciat, et actor damno adficatur. — § 2. Si et stipulator dolo Titii et promissor dolo Mævii impeditus fuerit, quominus in judicio sistatur: uterque adversus eum cuius dolo impeditus fuerit, actione in factum experietur. — § 3. Si et stipulator dolo promissoris, et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad judicium veniret, neutri eorum prætor succurrere debet; ab utrue parte⁸ dolo compensando. — § 4. Si a fidejussore quinquaginta stipulatus fuero, si in judicium reus non venierit; petitorum a reo centum, et dolo [mal] Sempronii factum fuerit, ne in judicium reus veniat, centum a Sempronio consequar: tanti enim mea interfuisse videtur: quia si venisset in judicium, actio mihi centum adversus reum, vel adversus heredem ejus competebat: licet fidejussor minorem summam mihi promiserit.

TIT. XI.

SI QUI CAUTIONIBUS IN JUDICIO SISTENDI CAUSA FACTIS NON⁹ OBTEMPOERAVERIT.

1. GAU.S, lib. 4, ad Edictum provinciale.

Vicena² milia passuum in singulos dies dinumerari prætor⁵ jubet, præter eum diem, quo cautum promittitur, et in quem sistere in judicium oportet: nam sane talis itineris dinumeratio neutri litigiorum onerosa est.

2. ULPIANUS, lib. 74, ad Edictum.

Non exigimus reum judicio sisti, si negotium, propter quod judicio sisti promisi⁴ fuerit transactum: sed hoc ita, si [non] prius id negotium transactum sit, quam sisti oportet: ceterum si poster transactum est, exceptio doli opponi debet. Quis enim de pœna promissa laboret post negotium transactum? cum etiam transacti negotii exceptionem putaverit quis nocere, quasi etiam de pœna transactum sit: nisi contrarium specialiter partibus placuerit.

§ 1. Si quis, municipalis munera causa, sine suo dolo male impeditus, in judicio secundum suam promissionem non stetit, aquissimum est tribui ei exceptionem. — § 2. Simili modo et si⁵ ad testimonium desideratus, ad judicium occurtere non potuit: erit ei subveniendum. — § 3. Si quis judicio se sisti promiserit; et⁶ valetudine, vel temestate, vel vi fluminis prohibitus se sistere non possit, exceptione adjuvatur: nec immerito: cum enim in tali promissione praesentia opus sit, quemadmodum potuit se sistere, qui adversa valetudine impeditus est? et ideo etiam lex duodecim tabularum, Si iudex, vel alterius ex litigatoribus morbo sotico⁷ impediatur, jubet diem judicii esse diffisum. —

§ 4. Si non propter valetudinem mulier non steterit judicio, sed quod⁸ gravida erat, exceptionem ei dandam Labeo ait: si tamen post partum decubuerit, probandum erit quasi valetudine impeditam. — § 5. Item est, et si quis furere caperit: nam qui furore impeditur, valetudine impeditur. — § 6. Quod diximus, succurri etiam ei, qui tempestate, aut vi fluminis prohibitus non venit; tempestatem sic intelligere debemus, sive maritima, sive terrestris sit, tempestatem intelligere debemus tandem, que impedimento sit itineri, vel navigationi. — § 7. Vis fluminis etiam sine tempestate accipienda est: vim fluminis intelligimus, et si magnitudo ejus impedimento sit, sive pons solitus sit, vel navigium non stet. — § 8. Si quis tamen, cum posset non incidere in tempestatem, vel in fluminis vim, si ante profectus esset, vel tempore opportuno navigasset; ipse se artaverit, nunquid⁹ exceptio ei minime prosit? quod quidem, causa cognita, erit statuendum: nam neque sic artandus sit, ut possit ei dici, Cur non multo ante profectus es, quam dies promissionis venire?¹⁰ neque iterum permittendum ei, si quid sit, quod ei impeditur, causari tempestatem, vel vim fluminis: quid enim, si [quis], cum Roma esset ipso tempore promissionis sistendi, nulla necessitate urgente, volupatus causa in municipium profectus sit? nonne indignus est, cui [haec] exceptio patrocinetur? Aut quid, si tempestas quadam in mari fuit, terra autem iste potuit venire, [vel] flumen circumire? aequa dicendum, non semper ei exceptionem prodesse: nisi angustia non patiebantur terra iter metiri, vel circumire. Cum tamen vel flumen sic abundasset, ut implesset omnem locum, in quo sisti oportuit; vel ali-

7. Objet. L. 18, § 3, infr. de dolo male, — 8. L. 14, § 5, infr. quod met. caus. gest. L. 5, § 5, infr. de oper. non. nunc. — 9. L. 36, infr. de dolo male; L. 57, § 1, fin. infr. de contrah. empti; L. 59, § 1, fin. inde soluto matrimon.

Tir. XI. — 2. Add. L. 2, infr. quib. caus. majores. — 11. L. 5, infr. h. t. L. 1, § 3, supr. de eo, per quem fast. — 12. L. 5, in pr. supr. d. t. — 13. L. 28, in pr. infr. de penit. — 14. L. 2, C. quib. ex caus. major. — 15. L. 5, supr. de in jus vocand. — 16. L. 5, § 1, infr. h. t. — 17. L. 29, C. de pactis. — 18. L. 2, in fin. supr. qui said. cog. L. 45, § 1, infr. de danni. infect. — 19. L. 2, circ. med. supr. eo, per quem fast. — 20. L. ult. de reg. jure? — 21. L. 105, infr. de solution. — 22. L. 2, in fin. supr. si quis in ius vocal. — 23. L. 53, in fin. infr. de hered. petit.

8. GAU.S, lib. 29, ad Edictum provinciale.

Et si²¹ post tres, aut quinque, plures die, quam judicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit; nec²² actoris ius ex mora²³ determinatum factum sit: consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem.

qua fortuita calamitas eundem locum everit: vel praesentiam venienti periculosam fecit, ex bono et aequo et hic exceptio ei accommodanda est. — § 9. Simili modo exceptio datur ei, qui cum ad judicium venire volebat¹⁰, a magistrato retentus est, et retentus sine dolo malo ipsius: nam si ipse hoc affectavit, vel causam præstitit; non ei proderit exceptio: sed ipsius quidem dolus ei obserit, ceterorum non obserit, qui malo dolo fecerunt, ut retineretur. Sed si¹¹ privatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit haec exceptio.

5. PAULUS, lib. 69, ad Edictum.

Sed actio ei datur adversus eum, qui detinuit, in id¹² quod ejus interest.

4. ULPIANUS, lib. 74, ad Edictum.

Sed et si quis rei capitalis ante condemnatus judicio sistere se non potuit; merito huic ignoscitur. *Rei capitalis*¹³ condemnationem accipere debemus, qui morte, exilio coercitus est. Dixerit aliquis, quo ergo haec exceptio damnato? sed respondebitur, fidejussoribus ejus esse necessariam: aut si forte in exilium, salva civitate, abiit: ubi defensori ejus exceptio ista proderit.

§ 4. Illud sciendum est: eum, qui idcirco non stetit, quia capititis reus factus est, in ea causa esse, ut exceptione utri non possit: damnato enim datur. Plane si vinculis, vel custodia¹⁴ militari impeditus video non stetit, in ea erit causa, ut exceptione utatur. — § 2. Præterea si funeris¹⁵ quis domestico impeditus non venit, debet ei exceptio dari. — § 3. Item, si quis in servitu hostium fuerit, ac per hoc in judicium non stetit; debet exceptione adjuvatur. — § 4. Quiescit est, an possit conveniri, ne ulla exceptio in promissione¹⁶ deserta judicio sistendi causa facta objiciatur? et ait Attilicus [conventionem] istam non valere]. Sed et ego puto conventionem istam ita valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus a promissore sponte renunciatur est. — § 5. Item queritur, si quis, cum judicio sistendi causa satis dare non deberet, satisdato promitteret; an fidejussoribus ejus exceptio detur. Puto interesse, utrum per errorem satisdato promissum est, an ex conventione: si per errorem, dandam fidejussoribus exceptionem: si ex conventione¹⁷; minime dandam. Nam et Julianus scribit, si judicio sistendi causa pluris, quam statutum est, per ignorantem promissum fuerit, exceptionem dari debet: si autem ex conventione¹⁸ tanta summa promissio facta sit: exceptionem, pacti conventi replicatione, infirmam (Julianus ait).

6. PAULUS, lib. 69, ad Edictum.

Si duo rei stipulandi sunt, et uni debitor judicio se sisti cum pena promiserit; alter autem impeditur: ita demum exceptio adversus alterum danda est, si socii sint: no¹⁹ prosit ei dulus propter societatem.

§ 1. Item si duo rei promittendi sint, et unus ad judicium non yenerit, contempta sua promissione judicio sistendi causa facta: actor autem ab altero rem petat, ab altero penam desertionis: petendo [penam] exceptione summovebitur. — § 2. Eque si a patre facta fuerit promissio judicio sistendi gratia ex filii contractu, deinde de re actor egerit cum filio, exceptione summovebitur, si cum patre ex ejus promissione agat. Et contra item erit, si filius promiserit, et actor egerit cum patre de peculio.

6. GAU.S, lib. 4, ad legem XII Tabularum.

Si, qui fidejussorem dedit, ideo non steterit, quod reipublicae causa abfuit: iniquum est, fidejussore ob alium necessitate sistendi obligatum esse, cum ipsi liberum esset non sistere.

7. PAULUS, lib. 69, ad Edictum.

Si quis servum in judicio sisti promiserit, vel alium, qui in aliena potestate est; iisdem exceptionibus utitur, quibus, si pro libero, vel patrelfamilias fidejussit: præterquam si reipublicae causa abesse diceretur servus: nam servus reipublicae causa abesse²⁰ non potest. Præter hanc autem exceptionem, cetera, quia communes sunt, tam in libero homine, quam in servo locum habent.

8. GAU.S, lib. 29, ad Edictum provinciale.

Et si²¹ post tres, aut quinque, plures die, quam judicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit; nec²² actoris ius ex mora²³ determinatum factum sit: consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem.

9. ULPIANUS, lib. 77, ad Edictum.

Si servus²⁴ judicio se sisti promittat: non²⁵ committitur²⁶ stipulatio, neque in eum, neque in fidejussores ejus.

§ 1. Si plurim servorum nomine, judicio sistendi causa, una stipulatione promittatur; penam quidem integrum committi, licet²⁷ unus status non sit, Labeo ait: quia verum sit, omnes statos non esse: verum, si pro rata unius offeratur pena; exceptione doli usurum eum, qui ex hac stipulatione convenitur.

10. PAULUS, lib. 1, ad Plautum.

Si eum judicio sisti promiseris, qui jam tempore liberatus esse dicebatur, quia jam actione forte non tenebatur; actio in me danda est, ut vel exhibeam eum, vel defendam, ut veritas inquiratur.

§ 1. Homo sisti promissus ante diem dolo promissoris periret; certo jure utimur, non ante pœnam peti posse, quam dies venerit: tota enim stipulatio²⁸ in diem collata videtur. — § 2. Qui injuriarum acutus est, stipulatus erat ante item contestatum, ut adversarius suus judicio sistat; commissa stipulatione mortuis est: non competere heredi ejus ex stipulatu actionem placuit: quia tales stipulationes proper rem ipsam darentur: injuriarum autem actione heredi non competit²⁹. Quamvis enim haec stipulatio judicio sistendi causa facta ad³⁰ heredem transeat, tamen in hac causa danda non est: nam et defunctus si vellet omissa³¹ injuriarum actione ex stipulatu agere, non permetteret [ei]. Idem dicendum esse, et si is, cum quo injuriarum agere volebam, stipulatione tali commissa decesserit: nam non competit mihi adversus heredem [eius] ex stipulatu action: et hoc Julianus scribit: secundum quod et si fidejussores dati erant, minime dabunt in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius, si non³² post longum tempus decesserit; quia si ad judicium venisset, item cum eo contestari actor potuisse.

TIT. XII.

DE¹ FERIIS ET DILATIONIBUS² ET DIVERSIS TEMPORIBUS.

1. ULPIANUS, lib. 4, de omnibus Tribunalibus.

Ne quis³ messium vindemiariisque tempore adversarium cogat ad judicium venire, oratione divi Marci exprimitur: quia occupati circa judicium rusticam, in forum compellendi non sunt.

§ 1. Sed si prætor aut per ignorantiam, vel sordidam evocare eos perseveraverit, huius sponte venerint: siquidem sententiam dixerit præsentibus illis, et⁴ sponte litigantibus, sententia valebit, tametsi non recte fecerit, qui eos evocaverit: sin vero, cum abesse⁵ perseveraverint, sententiam protulerit etiam absentibus illis, consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti; neque enim prætoris factum iuri derogare⁶ oportet. [Et] citra appellationem igitur sententia infirmabitur. — § 2. Sed excipiunt certe cause, ex quibus cogi poterimus, et per id temporis, cum messes vindemiariisque sunt, ad prætores venire: scilicet si res tempore⁷, peritura sit, hoc est, si dilatio actionem sit perempta. Sane quotiens res urgat⁸, cogendi quidem sumus ad prætorum venire, verum ad hoc tantum cogi aequum est, ut lis contestetur: et ita ipsis verbis oratione exprimitur: denique alterutro recusante post item contestatum litigare, dilationem oratio concessit.

2. *Idem*, lib. 5, ad Edictum.

Eadem oratione divus Marcus in senatu recitata efficit, de aliis speciebus prætorum adiri etiam diebus feriaticis: ut puta⁹ ut tulores aut curatores dentur, ut officii admoneantur, ceterantes, excusationes allegantur, alimenta¹⁰ constituantur, atlantes¹¹ probentur, ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servanda causa, vel legatorum, fidei commissorum, vel damni infecti: item de testamentis exhibendis, ut curator detur bonorum ejus, qui an heres existatus sit, incertum est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda suspecta hereditate: aut ut aspectu atrox injurya estimetur; vel fideicommissaria libertas præstanda.

3. *Idem*, lib. 2, ad Edictum.

Solet etiam messis vindemiariisque tempore ius dici [de] rebus, quæ tempore, vel morte¹² peritura sunt: morte, veluti furti, danni, injuria, injuriarum atrocium, qui de incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata rapuisse dicuntur, et si que similes sunt: item si res tempore peritura sunt, aut actionis dies exstirpus [est].

§ 1. Liberalia quoque judicia omni tempore fiantur. — § 2. Item in eum qui quid nundinarum nomine adversus¹³ communem utilitatem accepit, omni tempore ius dicitur.

4. PAULUS, lib. 1, ad Edictum.

Præsides provinciarum¹⁴, ex consuetudine eiusdem loci, solent messis vindemiariisque causa tempus statuere.

5. ULPIANUS, lib. 62, ad Edictum.

Pridie kalendas¹⁵ januarias magistratus neque ius dicere, sed nec sui potestatem facere consuerunt.

6. *Idem*, lib. 77, ad Edictum.

Si feriatis diebus fuerit judicatum; lege cautum est, ne his diebus judicium sit, nisi¹⁶ ex voluntate partium: et quod aliter adversus ea judicatum erit, ne quis judicatum facere, neve solvere debeat: neve quis, ad quem de ea re in ius auditum erit, judicatum facere cogat.

7. *Idem*, lib. 1, de officio Consulis.

Oratione quidem divi Marci, amplius quam¹⁷ semel [non] esse dampnum instrumentorum dilationem, expressum est; sed utilitatem litigantium gratia, causa¹⁸ cognita, et¹⁹ iterum dilatio tam ex eadem, quam ex alia provincia, secundum moderamen locorum impetrari solet: et maxime si aliquid inopinatum emergat. Illud videndum, si defunctus oblitus.²⁰ Add. L. 28, in pr. infr. de admin. et perie. tut. — 43. L. 2, in fin. pr. infr. d. t. — 44. L. 2, in pr. et L. 1, C. quando ex facto tutor.

Tir. XII. — 4. Lib. 5, C. 12. — 2. Lib. 5, C. 11. — 3. L. 3, infr. h. t. L. 2, C. cod. — 4. L. 6, infr. h. t. — 5. L. 4, C. quomodo et quando index. — 6. L. 170, infr. de reg. iur. vide tamen L. pen. vers. prætoris quaque supra de just. et iure. — 7. L. 5, in pr. infr. h. t. — 8. L. 1, infr. h. t. — 9. L. 81, in pr. iud. de verb. oblit. — 36. L. 8, in pr. supr. cod. L. 6, C. iudicis. — 35. L. 81, in pr. iud. de verb. oblit. — 34. L. 55, infr. de damn. infect. — 33. L. 81, in pr. iud. de verb. oblit. — 32. L. 8,